uel apud te sum acturus. Quare gimnasium, libros et disciplinam
ac doctrinam tuam para. Ego iam accingor, ut in tempore ad te
aduolem ~~mansurus~~ mansurus, et imbibiturus quicquid suauitatis
ac melius in te est. quod et tu facile atque ultro patieris, et con
cedes. Cum presertim tua iterum et commendationem sit tandem mea
omnis laus. atque doctrina. discipuli quidem profectus, et eruditio
preceptoris gloria est. Vale:

- Antonius - cremona -

SI ISTIC tu uales bene est. nos hic non sine nondecto t°
pulcre ualemus. Discessisti a nobis nuper Melchion iocun
dissime, atque eo tempore abisti, quo maxime immorandum fuit,
uel si fortassis abfuisses redeundum ad sales, ad iocos.
ad integra denique et mera uoluptate. Hanc tuam itaque ab
sentiam, aut recti peregrinationem. Nam adeo absens, ita
demum equo animo fero, quia per id oportunum, atque excusabile, ut putat
carnis priuii tempus te ipsum tua felicitate, nos te ipso unica uolup
tate abiens priuaueris, orbauerisque. Nam cum antea papien
nostri, ad penitentiam missus prouinciam agerem, ibique apud Anton
ium parnomita poeta prestantissimum, et mei amantissimum musis,
et ornatissimis studiis summa cum uoluptate interdum operam
darem. Constituto tamen saturni die mediolanum, e, ticino rem
igraui, nam me ymbres, ac pluuie. aure. illa procuratio, nam
suauissimus ipse poeta detinuit, quin ad te per medias aquarum
inundationes, atque fluctus allacre, aduolarem. Reduce me preterea
ac properante faciebat comitas, atque urbanitas tua, et morum
suauitas illa, qua uelut magnete, aut certe, quasi in catationibus
quibusdam concitorum anxios animos mei presertim in te uno amando aliciebat,
atque deuincis. Tum cene illius preparatio, ad quam tu postridie ad
futurus eras domi mee, tu atque una dominicus serufinus
adolescens sane aureus, ac suauissimus, et sodales alii quos
nosti omnes: Ex qua putare non me solum fortunatum euasurum.
quippe qui tales, ac tantos domi hospites, et conuiuas haberem. edes
insuper meas fore longe illustriores, atque beatiores, que ad
etatem usque uestram humanitate, ac suauitate redolerent. Ceno
non ita prorsus adornabatur, ut quasi falerno, chio aut t

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1592/0107
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG